

intulit, auxilium ei ferente Porfena (60) *Hetruriae* rege, tribusque continuais annis trepidam urbem terruit, conclusit, obedit: & nisi hostem, vel *Mutius*, qui ad feriendum Porfena ad ejus castra, atque tentorium descendederat, & subregulum ejus stipendia dividentem habitu purpurato occidit, regem arbitratus, captusque illico, loquitus est cur venisset, dextram denique, qua erraverat, igni qui in ara erat urendam superposuit: vel *virgo Clælia*, qua post exiguum temporis intervallum ruptis vinculis admirabili transmeatu *Tyberis* fluminis, audacia permovissent, profecto Romanus perpulso forent perpeti, aut captivitatē hoste insidente superari, aut servitutem recepto rege subjici. Eadem *Clælia* obes fuerat Porfena data, qua vigiles fecellit, & consenso equo per *Tyberim* Romanum redit. Statua ei equestris ex *Senatus* consulto data est. Quadam die cum *Hetrurisci* in urbem Romanam irruerunt per pontem *Sublicum* *Tyberis*, quidam *Horatius Cocles* in pontis fronte eis obstitit solus, donec dissoluto ponte pars ejus dirueretur: & statim cum armis se in *Tyberim* dedit, ac pariter & hostium viator, & fluminis, superjœta *Hetrurorum* tela vitavit. Tertio anno post reges exactos, *Tarquinius*, cum fuscipi non posset in regnum, neque ei Porfena, qui pacem cum Romanis fecerat, prestatet auxilium, *Tusculum* se contulit, qua civitas non longe ab Urbe est, atque ibi per XIV. annos privatus cum uxore confessuit. Quarto anno post reges exactos, *Sabini* (61) undique corrafas coiis magno apparatu belli Romanum contendunt: quo metu consernunt Romani bellum præparaverunt, & de his triumphatum est. Quinto anno post reges exactos, *P. Valerius ille Brutus* collega, & quater *Cos.* fataliter mortuus est adeò pauper, ut collectis à populo nummis sumptum habuerit sepultura. Quem matronæ, sicuti *Brutum*, per annum luxerunt. Nono anno post reges exactos, cum gener *Tarquinii* ad injuriam socii vindicandam ingentem collegisse exercitum, novadignitas Romæ creata est, quæ *Dictatura* appellatur, major quam *Consulatus*. Eodem anno etiam *Magister equitum* factus est, qui *Dictatori* obsequeretur. Nec quicquam similius potest dici, quam *Dictatura* antiqua huic imperiali potestati, quam nunc tranquillitas vestra (62) habet, maximè cum *Augustus* quoque *Octavius*, de quo postea dicemus, & ante eum *C. Cæsar* sub *Dictatura* nomine, & honore imperaverint. *Dictator* autem Romæ primus fuit *M. Valerius*: (63) *Magister equitum* primus *Sp. Cassius*. Sextodecimo anno post reges exactos, (64) sequitur *dissensio plebis* à patribus, cum, *M. Valerio* *Dictatore* delectum militum agente, variis populis stimulatus injuriis, tanquam à *Senatu*, atque *Cos.* premereatur, *Sacrum montem* insedit armatus. Qua pernicie, quid atrocius? cum corpus à capite defectum perditionem ejus per-

A quod spirabat, meditabatur. Tum populus sibi tribunos plebis quasi proprios judices, & defensores creavit, per quos contra senatum, & *Cos.* tatus esse posse. Eodem tempore *Neemias* concedente *Xerxe* *Perseorum* rege, *Judeam* venit, muros, urbemque restituit. Sequenti anno *Volsci* contra Romanos bellum præparaverunt, (65) & vieti acie etiam *Coriolos* civitatem perdiderunt, quam habuerunt optimam. XVIII. anno postquam reges ejeci sunt, expulsus ab urbe Romanus dux *C. Martius*, (66) qui *Coriolos* cuperat *Volscorum* civitatem, ad ipsos *Volscos* contendit iratus, & auxilia contra Romanos accepit. Romanos læpe vicit, usque ad quantum milarium Urbis accessit, oppugnaturus etiam patriam suam, legatis, qui pacem petebant repudiatis, nisi ad eum mater *Veturia*, & uxor *Volumnia* ex Urbe venissent. Quarum etiam precatione (67) removit exercitum, quem submovere armis Roma non poterat. Atque hic secundus post *Tarquinium* fuit, qui dux contra patriam suam esset. In loco autem ubi oraverant, à marito suo arafæta est *Fortuna Muliebri*. *T. Geganius* & *P. Minutius Coss.* duo vel maxima omnium malorum abominatione famæ, & pestilentia fessam Urbem corripue. Cessatum est paulisper a præliis, sed tamen à mortibus non est. *Vejentes*, & *Hetrurisci* graves hostes, adjunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes, obvius *M. Fabio*, & *Cn. Man. Coss.* excipiuntur. Ubi post sacramentum juracionis, quo se Romani devoverant, nonni post victoriā ad castra redituros, adeò arrox certamen fuit, & vicit, vitoribusque par fortuna, ut amissio plurimo exercitu, occisoque in pugna *Manlio Consule*, *M. Fabius Consul* oblatum sibi à *Senatu* triumphum suscipere recusaret, eo quod frater suus fortiter faciens in illa prælii tempestate cecidisset, inquiens, Quia tantis Reip. detrimentis luclu potius debetur, quam triumphus. *C. Fabio* & *L. Virginio Coss.* gloriissima illa numero, & viribus *Fabiorum* familia *Vejentanum* sortita certamen, quantam Reip. orbitatem occasu suo intulerit, infamibus usque adhuc vocabulis testes sunt *fluvius Cremera*, qui perdidit, & porta quæ misit. Nam cum CCCI. *Fabii*, vere clarissima Romani status lumina, speciale sibi adversus hostes *Vejentes* decenniū bellum expetivissent, promittentes *Senatu*, & populo per se omne certamen implendum, ita sunt profecti omnes nobiles, & qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent. Dehinc deducti in insidias circumventique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt, uno tantum ad denunciandam cladem reservato, qui propter atatem puerilem duci non poterat ad pugnam. Post hæc census in Urbe habitus, & inventa per censum sunt (68) ibi centum & decem & septem millia trecenti XVIII. Eodem tempore *Porphyria* *virgo vestalis* ob stupri crimen viva defossa est. Romæ ergo post Urbem conditam an. CCCLIX. su-

- (60) A. B. H. & *Eutropius* *Porfma* rege *Tusciae*, & Roman penitent, Verum tum quoque vietus est. Tertio anno post reges exactos, *Tarquinius* &c. Cætera enim, quæ interjecta sunt, absunt.
 (61) A. H. & *Eutropius*: cum *Sabini* Romanis bellum intulissent vieti sunt, & de his triumphatum est. Quinto anno *Lucius Valerius ille*.
 (62) Ita ex B. & H. & ex *Eut. corrigo*: vulgo vitiosè legebatur *nōstra* (ut in A.) *Valentem Imperatorem* intelligit *Eutropius* major, ex qua hec *Paulus Diaconus*. *Canif.*
 (63) A. H. & B. primus fuit *Largus*, *Eutropius Largus*.
 (64) A. habet *seditionem* populis *Rome* fecit; cinqm à *Senatu*, atque à *Cos.* opprimeretur; tum & ipse tribunos plebi. B. & H. concordant mutato cinqm in tanquam.
 (65) A. reparaverunt.
 (66) A. H. & *Eutropius*: expulsus ex Urbe. *Q. Martius* dux Romanus, qui *Coriolos* cuperat *Volscorum* &c.
 (67) A. habet: *deprecatione superatus*, ut *Hersfeld*. Cætra

- desiderantur in utroque, usque ad *C. Flavio*, & *L. Virginio Coss.* Inde sequuntur trecenti nobiles homines, qui ex *Fabia* familia erant contra *Velientis* bellum suscepunt soli, promittentes *Senatu*, & pop. per se omne certamen implendum; ita sunt profecti omnes nobiles, & qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent, in prælio conciderunt. Unus omnino superfluit ex tanta familiâ, qui propter atatem puerilem duci non poterat ad pugnam. Simile quid de *Leonida Lacedemoniorum* rege *Herodotus* lib. 7. ubi N. B. quod auctor sequitur hic *Livium*, quem tamen refutat *Dionysius* lib. 9.
 (68) A. legit: inventa sunt cistum CXVIIIm. CCCXIX. Sequenti tamen anno, cim in *Algido* monte ab Urbe XII. fere milliaro Romanus obducatur exercitus *L. Q. Circinatus* *Diclator* est factus, qui agrum 4. jug. possidenit manibus suis colebat. H. verò centum & decem & septem millia trecenti XIX. in reliquis cum *Ambres*.